

## Ukázka iluminovaného kodexu – kaligrafická bastarda z Čech

Název: Jenský kodex

Místo uložení: Knihovna Národního muzea, Praha

Signatura: KNM IV B 24

Doba vzniku a provenience: 1490–1510, Čechy

Písmo: kaligrafická bastarda

Fol. 2r–6r Zlomek tzv. malé latinské antiteze

Inc.: Erravimus a via veritatis et lumen iusticie

Expl.: non intrabitis regnum celorum, Mathei decimo octavo capitulo.

písář Bohuslav z Čechtic, krásná kaligrafická bastarda

Lit.: *Jenský kodex. Faksimile a komentář*. Ed. Marta Vaculínová et al. 2 sv. Praha: Gallery, 2009; Zoroslava Drobná, *Jenský kodex. Husitská obrazová satira z konce středověku*. Praha 1970; Miloslav Vlk, „Jenský kodex – kodikologický rozbor.“ *Sborník Národního muzea v Praze*, řada A, roč. XXI/2 (1967): 73–106; idem, „Paleografický rozbor Jenského kodexu.“ *Sborník historický* 14 (1966): 49–74.

### Přepis:

(fol. 2v) Ieronimus de predicantibus bene et docentibus et non facientibus dicit: *Doctor falsus est gladius acutus anceps. Hinc scindit opere et exemplo, hinc percutit et interficit verbis inquis et dolosis.*<sup>1</sup> *Non potest cecus cecum ducere nisi ambo in foveam cadant*, Luce VI capitulo.<sup>2</sup> *Numquid ceci sumus? Si ceci essetis, peccatum non haberetis. Sed quia dicitis: 'Nos videmus', ideo peccatum vestrum manet*, Ioannis IX.<sup>3</sup> *Ve vobis divitibus, qui habetis hic consolacionem vestram*, Luce VI capitulo.<sup>4</sup> *Ve vobis, qui saturati estis et qui nunc ridetis*, Luce VI.<sup>5</sup> *Ve vobis, qui sapientes estis in oculis vestris, coram vobismetipsis prudentes*, Isaie quinto.<sup>6</sup> Ut dicitur ibidem: „*Quia in inferno credent, quando ardebunt, qui hic, quando emendare potuerunt, audire nec videre rectam viam voluerunt, sicut eciam dives epulo positus in flammis Lazarum a longe vidit, qui, dum viveret, eum prope scilicet ante ianuam suam positum*<sup>7</sup> *videre noluit,*<sup>8</sup> *quia secundum Gregorium illos oculos, quos hic culpa clausit, in inferno pena aperit.*<sup>9</sup>

(fol. 3r) *Hec dicit Dominus Deus: Ve pastoribus, qui pascebant semetipsos. Nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis et lanis operiebamini et, quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebbatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis et, quod egrotum, non sanastis, quod fractum est, non aligastis et, quod abiectum est, non reduxistis et, quod perierat, non quesistis, sed tantum austeritate imperabatis eis et cum potentia.*<sup>10</sup> *Propterea, pastores, audite verbum Domini: Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam et oves mee in devoracionem omnium bestiarum agri.*<sup>11</sup> Et infra: *Hec dicit Dominus Deus: Ecce, ego ipse super pastores requiram*

<sup>1</sup> EUSEBIUS CREMONENSIS, *De morte S. Hieronymi ad Damasum*, cap. 14, p. 56

<sup>2</sup> Luc. 6, 39

<sup>3</sup> cfr. Ioh. 9, 40-41

<sup>4</sup> Luc. 6, 24

<sup>5</sup> Luc. 6, 25

<sup>6</sup> Is. 5, 21

<sup>7</sup> em. positus cod.

<sup>8</sup> cfr. Luc. 16, 19-26; cfr. EUSEBIUS CREMONENSIS, *De morte S. Hieronymi ad Damasum*, cap. 17, p. 66-67

<sup>9</sup> cfr. GREGORIUS MAGNUS, *Moralia in Job*, liber 15, par. 51, p. 786

<sup>10</sup> Ez. 34, 2-4

<sup>11</sup> Ez. 34, 7-8

*gregem meum de manu eorum et cessare faciam, ut ultra non pascant gregem meum nec  
pascant amplius pastores semetipsos,*<sup>12</sup> Ezechielis tricesimo quarto capitulo.

---

<sup>12</sup> Ez. 34, 10